Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XLII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

infernales dampnatorum paratas peccato-
ribus cunctis credo quod levis erit tibi omnis
pena et omnis humilitas paupertatis vituperium
et omnis labor quem in vita ista propter deum
possis sustinere ut evadas penas supradictas
et conaberis continue ad tenendum altio-
rem et perfectiorem vitam timendo periculum
veniendi ad penas illas. Predicte viii ra-
tiones plus in brevi tacte sunt quam explicate
nec addiscas in paucis magna cogitare sic
quod quelibet ratio sit tibi materia consideracionis
spaciose. Attamen scias quod si velis proficere cum
dictis rationibus debes eas formare non solum
per intellectum ymo est necesse per quod affec-
tionem moneas tuam voluntatem ad hoc quod dic-
tant ipse rationes. Et nota quod conclusio cuiuslibet
rationis debet esse in duobus. primo in sentimen-
to proprie imperfectionis et vilitationis. deinde in de-
siderio et conamine veniendi in altiorem vitam
et maiorem perfectionem sic quod non sit sentimentum
proprie imperfectionis et vilitationis sine deside-
rio et conamine maioris perfectionis et vite
altioris nec maior perfectio et altior vita sine
sentimento proprie imperfectionis et vilitationis.

Domine ihesu christe mitis et humilis cor-
de funda cor meum in vera humilita-
te et excludo a me omnem motum presumpci-
onis et superbie ut nunquam visiones desiderem
aut revelationes nec per aliquas seducar
temptationes spirituales que me docere quam
quomodo possent in errores. Fac me domine
piissime cottidie ad opera virtutum ascen-
dere et semper in bono proficere aut continue
in altiorem vitam tendere et suspirare ut sic
vigilando et sollicite agendo ad incertum tuum
adventum me valeam preparare amen. De ex-
pectacionis adventu domini et de positionibus
signis adventus eius et consumationis seculi

Post hec ergo dominus exprobrans
narum et pictorum mem-
nit consequenter horum reme-

dium subdit quod est oratio premeditata ac
iugis et assidua. unde in paralip. Cum igno-
ramus quod agere debeamus hoc solum habe-
mus residui ut oculos nostros dirigamus ad
te. Prima enim dixerat dominus de futuro su-
o adventu qui subito veniet et cuius tempus
certum latet sollicitos nos vult esse et dispo-
sitos ne dies nos inveniat imparatos. Inter
cetera autem que ... nos preparant ut securi et
digne adventum domini expectemus est
orationis sedulitas et assiduitas ut iusti iu-
dicis iram imploremus et orantis humilitas
ut iudicem per humilitatem flectamus et
eius rigorem temperemus quia ei humilium semper
placuit oratio. Unde in Eccl. oratio humiliantis
se nubes penetrabit et donec appropinquet
non consolabitur et non discedet donec as-
piciat altissimus. Oratio autem superborum
exaudiri non meretur. Orans enim defectum
proprium confitetur quod superbie repugnat
quia defectum suum magis celare quam prodere
affectat. Docet ergo dominus quod oportet
iugiter et semper orare et semper orare et ab
oratione non deficere quia multum valet o-
ratio iusti assidua. Sed quis potest semper orare.
Ergo hoc intelligendum est aut de cottidi-
anis horis canonicis iuxta ritum ecclesie con-
stitutis ut oremus semper scilicet pro tempore et ho-
ris debitis et sic semper non importat continu-
itatem temporis quia oportet interrumpi tempore
dormitionis et quarundam necessitatum corpo-
ris sed importat instanciam orationis temporibus
et horis ad hoc congruis. Aut certe quicquid
iustus facit et dicit secundum deum ad o-
rationem est reputandum. Nam semper orat qui
semper bene facit seu in bono perseverat nec
desinit orare nisi cum desinit iustus esse.
Orat enim non solum lingua sed et cor et cogi-
tatio desiderium sensus manus oculi et
omnis operatio bona. Hec enim si orare cessa-
verint omnis lingue oratio inutilis est

Et hoc modo semper et sine intermissione pos-
simus orare et ab oratione non deficere
Unde aug^o Cum deum laudat lingua non
semp pt qui moribus deum laudat semper
pt Multum aut valet apud deum oratio cu
lacrimis quia hanc deus magis diligit et
citius exaudit unde angelus ad thobiam c
Quando orabas cu lacrimis ego attuli ora-
cioz tuaz domino Et dominus per ysayam ad
Ezechielem Audiui oratioz tuaz vidi lacrimas
tuas Nam ut ait Jero Oratio deu lenit lac-
ma cogit hec vngit illa pungit Und et bern-
O humilis lacrima tua est potentia tua est
regnu gloria ante faciem iudicis sola intrare
non vereris quotq^o petieris impenetrabis ac-
cusatori silencium imponis et quandoqz simaz
ab ore iudicas rapis vincis inuincibilem li-
gas omnipotentem ¶ Et ad pbandum effi-
caciaz orationis assidue pponit parabolaz de
perseuerantia in oratione et de eius exaudi-
tione inducens exemplum de iudice qui deu
non timebat offendere et hominem non verere-
batur publice scandalizare et nec diuino ti-
more mouebatur nec humano pudore et
de vidua petente vindicari de aduersario suo
sz ut faceret sibi iusticiaz de eo quaz tandem
ob solaz importunitatem precum suarum ex-
audiuit ne eum suggillaret i suggerendo
sua importunitate offenderet et fecit victus
tedio quod nolebat facere beneficio motus ad
faciendum iusticiaz non ppter amore iusticie
sz ad euitatoz sue molestie Ex quo patz aliqs
hodie peiores isto esse quia nec dei timore nec
hominu pudore nec aliqua importunitate
volunt grauatis iusticiaz facere hanc para-
bolaz domin^o ideo pposuit ut ostendat qto cer-
tiores de exauditione esse debeant qui deum
fontem iusticie et misericordie pseueranter
rogant cum apud iniquu iudicem valuit
perseuerantia depcantis ipm quia per impor-
tunitatem precum obtinuit peticionis effcm

Sic eni multo forcius deus qui est bonus et
iustus exaudit preces et faciet vindictaz elec-
torum suorum in pressura et tribulatione
existencium et clamancium ad se die ac noc-
te i orancium instant pro sua liberatione
et declaratione diuine iusticie Aduertendum
tamen q sancti viuentes in terra non petunt
a deo de aduersariis vindictaz gehenne penaz
sz q conuersi ad iusticiaz desinant esse mali sm
illud in prouerbiis verte impios et non erunt
sz impii vel q amissa potestate quaz nunc
habent desinant iustos persequi Vel quia ad
bonos pertinet bona spualia et eterna suis
persecutoribus optare et hoc modo pro eis o-
rare sz quia pene tprales sunt quedaz medi-
cine et valent ad emendatioz vite et ad decla-
rationem diuine iusticie ideo ad sanctos bene p-
tinet petere a deo hoc modo vindictaz de suis
psecutoribus non ex motu ire sz ex zelo iusticie
e et sic non est contra illud quod dicitur orate
pro persequtibus vos et cetera ¶ Deinde p^o
oratoz subiungit dominus de fide interrogatoz
dicens Verumtn cum venit filius hominis
sz xpi ad iudiciu putas inueniet fidem sr
terraz Quasi diceret paucum inueniet respec-
tiue loqndo de fide formata caritate De fide
post oratoz interrogat quia si fides deficit
oratio perit Quomodo eni inuocabunt in
quem non crediderut Ergo ut oremus cre-
damus et ut ipa qua oramus non deficiat o-
remus Sz aut querit dominus an in adue-
tu inueniat fidem non facit dubitando que
omnia nouit sz querit arguens et increpans
infidelium multitudinem quia in aduentu
suo multos ab antixpo seductos reperiet a
fide corruisse respectu quorum paucos inue-
niet in vera fidei confessione perstitisse Tunc
eni sm bedaz tanta erit raritas electorum
ut non tam ob clamorem fidelium q ob tor-
porem aliorum totius iaz mundi sit accele-
randa ruina Quia eni habundabit iniqtas

Anno dni xxxiii

refrigescet et deficiet caritas multorum //
Et quia premunivit dominus fideles contra
adventum antixpi et suorum pseudoprophe-
tarum ac insuper monuit eos orare semper
in tantis malis ad expectandum adventu
suum nunc consolator eos per suum propinquu
adventum Ubi sciendum quod cum triplex sit
adventus dei salvatoris nostri videlicet in carne
in mentem et in iudicium primi duo sunt amo-
ris tertius est timoris tertium celebramus
propter primum et primum propter medium De adventu
enim ad iudicium mentio fit isto tempore in officio
ut timore nobis immisso ad venerandam ven-
turam festivitatem natalis domini in carnem
nos sollicitius preparemus De adventu in carne
ideo festa recolimus quatinus per ea verbum
eternum mentaliter concipere mereamur dum
ipsa mentalis conceptio est maxima gratia
omnium donorum que in hac vita secundum
legem communem anime devote per gratiam
conferuntur unde dicit augustinus quod beatior fuit
maria concipiendo xpm mente quam carnem
Et quia dicit idem augustinus quod timoris est preparare
locum et quod introducit caritatem sicut seta fi-
lum ideo etiam celebrans adventum domini
in carnem pariter et in mentem qui sunt
adventus amoris simul mentionem facit in offi-
cio de adventu eius ad iudicium qui est adve-
tus timoris ut inde per timorem introducatur
ac per hoc nos moveamur ad amorosam nostri
hospitii preparationem quatinus verbo eterno menta-
liter in nobis concepto dicamus cum propheta a
timore tuo domine concepimus spiritum salutis Con-
solatur ergo eos dominus de suo adventu propinquo
quia statim non immediate sed parvo tempore elap-
so post tribulationem antixpi apparebunt signa
manifesta propinqua iudicii quia post tribula-
tionem illam antequam appareant signa ista erit tempus
breve scilicet xl dierum vel circa ad refrigerium
illorum bonorum et ad penitentiam malorum in quo
penitere poterunt illi qui per antixpm fue-

Capitulum xlii

runt decepti Et sciendum quod appropinquante fi-
nali iudicio in omni creatura apparebit tur-
batio universitas autem creaturarum reduci
potest ad quatuor genera videlicet ad naturam
celestem elementalem rationalem et intel-
lectualem Primo ergo describitur turbatio in
natura celesti videlicet in sole et luna et stel-
lis in quibus erunt aliqua apparentia insso-
lita et nature sue repugnantia et ideo dicuntur
signa que in eis erunt ut dicitur in dictis et dicet
Sol enim et luna obscurabuntur et stelle ca-
dent de celo non a situ suo quod naturaliter
impossibile est fieri cum terra non sufficeret
earum magnitudini et corpora celestia ma-
neant in natura sua integra sed ipse nimiam
scintillationem que erit in aere cadere videbuntur
a suo lumine non quod eo priventur cum sit eis
naturale sed quia vincuntur a maiori lumine
Hec enim luminaria obscurari et cadere di-
cuntur operatione maioris lucis supervenientis
quia in glorioso xpi adventu apparente
vere gloria lucis omnia mundi lumina
tenebris operantur et umbris sicut stelle
non apparent sole oriente et lumen cande-
le non lucet in die unde beda Sidera in die
iudicii videbuntur obscura non diminutione
sue lucis attende sed superveniente claritate
veri luminis hoc est summi iudicis cum venit
in maiestate sua et sanctorum angelorum
Quamvis nil prohibeat intelligi veraciter
solem tunc et lunam cum sideribus ceteris
ad tempus suo lumine privari quomodo de sole factum
constat tempore dominice passionis luna enim tunc
temporis cum esset plena sub abdito terre latebat
Ceterum peracto die iudicii et clarescente
future gloria vite cum fiet celum novum
et terra nova tunc fiet quod Johel propheta
dicit et erit lux lune sicut lux solis et lux
solis septempliciter sicut lux septem dierum hec
beda Christus etiam speciosa ut luna electa
ut sol et que noctem mundi illuminat ut

Stelle tunc non apparebit impius ultra modum sapientibus et cadent perfectibus ac cadent multi qui gratia fulgere videbantur et quidam fideles firmissimi turbabuntur. Moraliter vero per solem status perfectorum designatur eorum enim est ad modum solis influere aliis et illuminare. Per lunam status proficientium significatur ad quos pertinet exterioribus exercitiis virtuosis que sunt circa mutabilitatem humanorum actuum insistere ad similitudinem lune que inter planetas specialiter habet influentiam super mutabilitatem istorum inferiorum. Per stellas vero status incipientium accipitur quos pertinet preterita peccata plangere et a futuris cavere stelle enim emissione radiorum aerem impurum depurant et eorum virtute aufertur a mundo inferiori pestilentie corruptela. In quolibet istorum statuum ut verbum Christi conspiciatur in monte debent certa signa procurrere. In sole namque legimus accidisse signum stationis et signum obscurationis. Et in sole competunt ad perfectos primo debet esse signum stationis et hoc per mentis in deo stabilitatem ne variis cogitationibus evagetur secundum illud psalmi Iacta cogitatum tuum in domino. Secundo signum retrogradationis per contemplationis et actionis alternationem secundum illud Ezechielis Animalia ibant et revertebantur animalia enim i. sectatores evangelice perfectionis vadunt ad vitam contemplativam in qua quia diu immorari non prevalent revertuntur ad activam. Tertio signum obscurationis per proprie glorie exinanitionem ut in suis oculis nihil se esse reputent. Sic semetipsum apostolus obscuravit dicens Ego enim sum minimus apostolorum. Et sequitur gratia dei sum id quod sum. In luna competunt ad proficientes debet apparere signum conversionis in sanguinem per passionis iugem recordationem. Unde eis dicit Christus in Tren. recordare paupertatis mee et absinthii et fellis. Et videre debet homo illud quod ibi sequitur Memoria memor ero et tabescet in me anima mea. In stellis vero competunt ad incipientes debent esse signum casus et proprie delectionis per defectum multiplicatum humilem recognitionem. De quo casu exponi potest illud proverbiorum Septies in die cadit iustus et resurget. Iustificatus enim per gratiam dei omni tempore quod per septenarium numerum innuitur debet cadere per culpam recognitionem et tunc ipse post lapsum resurget per divine miserationis sublevationem. Quotiens enim quis pro suis defectibus ingemuerit totiens divine inspirationis gratiam sibi amplius cumulabit. Hec autem signa facere in quolibet statu non est ex nobis sed ex superaffluentia divine bonitatis. Ideo sapiens orat Miserere nostri deus omnium et ostende nobis lucem miserationum tuarum et subdit In nova signa et immuta mirabilia.

Secundo describitur turbatio in creatura elementari cum dicitur Et in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris et fluctuum. Illa ex impressione corporum celestium fiet commotio elementorum. Terra enim commotione commovebitur et in aere caligo et venti tonitrua et fulgura coruscationes et varie tempestates generabuntur. In mari quoque et fluctibus generabuntur spiritus procellarum et ab intus et ab extra continentes mare et fluctus ex quorum confractione generabitur maximus et horribilis sonus et pre nimia aquarum hinc inde agitatione absque ordine quasi sonus confusionis apparebit. Et insuper aderit etiam incendium ignis qui precedet faciem iudicis ita ut mare et omnia ardeant consumentur omnino dicente Petro Elementa calore solventur et terra et omnia que in ea sunt opera exurentur. Ex quibus omnibus corda hominum nimio terrore concutientur et homines attoniti quasi fugere volentes et propter tenebras horrendas se mutuo videre non valentes discurrendo se invicem punient et impingendo comprimient ut fiat pressura gentium

et curat unus super alium ex occursu mul-
torum timentium ab aquis absorberi et
ab igne et tempestatibus consumi Et secundum
hoc proprie dicitur pressura quasi pinensura : II
Proxime autem huius pressure causa est so-
nitus maris et fluctuum quia mare insi-
tato modo terribiliter fremet et litus maris
agitabitur tempestate ¶ Tertio describitur
turbacio in creatura rationali i · homine
cum subditur Arescentibus i · deficientibus
hominibus a rigore sue corporalis uirtutis
et colore In diebus enim illis efficientur homines
aridi et stupidi ac pallescentes et uelut ame-
tes et contabescent in se ipsis ita ut alius alterum
non alloquatur uel audiat seu attendat pre timo-
re scilicet malorum presentium et expectatione ma-
lorum adhuc restantium qui magis timor et
expectatio supuenient et uniuerso orbi quasi
diceret nec natio nec prouincia excludetur ab
his angustiis De hiis autem sic dicit ysayas
Erit quasi repente et confestim uisitabitur a domino
exercituum in tonitruo et commotione terre et
uoce magna turbinis et tempestatis et flam-
me ignis deuorantis Et sic implebitur quod
dicit dauid de impio Transiui et non est inuen-
tus locus eius Quasi diceret Quesiui impio
locum in mundo et non inueni Iam iudicio im-
minente celum tonitruis et fulgoribus expel-
let impium aer depellet per turbinem mare
per tempestatem terra eum excutiet per co-
motionem ut in toto mundo locum non inue-
niens sepeliatur in flamma ignis deuorantis
in inferno ¶ Quarto ponitur turbacio in cre-
atura intellectuali cum subinfert Nam uirtu-
tes celorum i · angelice potestates mouebuntur
Hic autem motus erit multiplex quia mouebuntur
quodam motu admirationis uidentes insolitos
effectus accidere preter ordinem naturalem
Item mouebuntur ex diuina uoluntate ad
faciendum miraculosas transmutationes in
elementis ad inuitiendum hominibus terro-

rem iudicis uenientis Item mouebuntur ad
peccatorum uindictam et separatos expectendo
ab eis ulcionem quia separabunt malos de medio
iustorum et mittent eos in caminum ignis
Item possunt dici moueri ex magno timore uide-
bunt enim totum orbem iudicari et luciferum
qui eorum princeps fuit unde dicit Criso · ex
ualde decenter commouebuntur et concucientur
uidentes tantas transmutationes fieri et conseruos su-
os puniri et orbem terrarum terribili assi-
stentem iudicio Est autem in angelis timor quo-
dam reuerentie et admirationis respectu dei quia
scilicet admirantur dei maiestatem eius incompre-
hensibilem et ad modum tremencium se habe-
bunt De tali timore dicitur in Job Columpne
celi contremescunt et pauent aduentum eius
Quid ergo facient uirgulta deserti ubi timore
concutitur cedrus libani paradisi Unde non
est mirum si homines qui et natura et sensu sunt ter-
restres arescent cum etiam angelice potestates
qui de se securi sunt mouebuntur ¶ Moraliter
celorum nomine possunt intelligi anime
sancte in quibus deus per gratiam conspici
designatur inhabitare De quibus dicitur
Celum michi sedes est anima enim iusti sedes
est sapientie huius celi uirtutes sunt amme
uires Sicut autem in aduentu in iudicium uir-
tutes celorum corporalium mouebuntur sic in
aduentu ubi eterni in mentem omnes uirtu-
tes et potentie anime mouebuntur ad operationes
super excedentes superior quam et inferior porcio ra-
cionis mouebuntur de spacio bone actionis ad stu-
dium orationis et contemplationis ¶ Iudicium diuinum
precedent signa et mirabilia iram dei in peccatores
designancia et ostendam dei parata contra eos
uindictam Et sicut offenso domino turbatur
eius familia contra offendentes sic creatura
dei turbatur contra peccatores Et secundum bedam
quomodo impulse ad casum arbores fragoris
motus quasi suum premittere solent iudicia sic ter-
mino mundi appropinquante quasi pauencia

mutant ac gemunt elementa et oīs creatūa
Et ut dicit Criso. sicut homo cum moritur pa-
titur fantasias et turbaciones maxias qui
est microcosmus sive minor mundus sic ma-
crocosmus sive maior mundus deficiens tot9
conturbabitur Modum em̄ deficiendi ī ma-
iori mūdo ex minori oportet accipere Et ꝫ
huc dum̄ breviter quedaꝫ tetigisse signa diem
iudiciꝫ precedencia Dicitur aūt in scolastica hi-
storia q Jero. in ānalibus libris hebreorum
invenit signa xv dierum ante diem iudicij
ſꝫ utrum dies illi continui futuri sint an in-
terpolati non expressit hoc aūt multaꝫ habet
dubietatem Prima die eriget se mare xl cu-
bitis super altitudinem moncium stans ī loco
suo q̄si murus Secunda in tm̄ descendet ut vix
videri possit Tercia marine belue ſꝫ balene
et huiusmodi apparentes super mare dabūt
rugitus usqꝫ ad celum Quarta ardebit mare
et aque om̄s Quinta herbe et arbores da-
bunt rorem sanguineum Sexta om̄ia ruent
edificia Septima petre ad invicem collidēt
Octava fiet gn̄alis terre motus Nona equa-
bitur terra Decima exilient hōīes de caver-
nis et ibunt velut amentes nec mutuo po-
terūt loqui Undecima surgent ossa mortuo-
rum et stabunt sup sepulchra sua Duodecīa
cadent stelle de celo ſm̄ quosdaꝫ quo ad appa-
renciā Tercia decima morientur homines vi-
ventes ut cum mortuis resurgant Quarta
decima ardebit celum et terra .i. supficies ae-
ris et terre Quintadecima fiet celum no-
vū et terra nova et omnes hōīes resurgent
O cor neq̄ si ad hec audita nō mollescis
nec ad pnāꝫ provocaris durius es lapide
durius es adamante hec em̄ signa terribilia q
precedunt terribilius iudiciū quod sequit' oste-
dunt unde Criso. Terribile est illud iudiciū
et inevitabilis est pena et intollerabile illud
tormentum Si aūt vis nec hic dare vindic-
taꝫ de eterne de te ipso ex pete a te vocas au-
di paulum dicentem quoniaꝫ si nosmetipos

iudicaremus non utiqꝫ iudicaremur Si
hoc feceris iraꝫ puenies et ad coronaꝫ de-
venies Et qualiter expectemus vindictam
a nobisipis ais luge ingemisce amare hu-
milia teipm̄ increpa rememora peccatoꝫ
ſm̄ speciem Quū em̄ facit hoc ita expugges
ut nec vita dignū se ipm esse estimet qui at
hoc estimat cera om̄i mollior erit Neqꝫ igit'
parva hec estimes esse ſꝫ congrega omnia
et sic ut in libro scribe Si em̄ tu sc̄pseris deus
delebit sicut si non tu sc̄pseris deus et inscri-
bet et vindictam expetet Multum igit' me-
lius est a nobis ea inscribi et divinitus delē-
ri q̄ ec̄ōtrio nobis oblivioni tradentibus deum
ea ante oculos nr̄os offerre scd̄m diem
illaꝫ Ut igitur hoc non fiat om̄ia cum dili-
gencia recogitemus et invenie m9 multis
nos ipos obnoxios Qualiter igitur est
salvari ais Contraria hijs facinata impo-
nentes Attendas igit' et per om̄ia vulnera
expurgemus Ita em̄ poterimus et cōsēcu-
cia delectorum potiri et pmissis perfrui bo-
nis hec Criso. Oracio

Domine ihesu xpe da michi imitā
signa in sole luna et stellis hoc est
bonorum operum exempla in te sole iusticie
et matre virgine et in omnibus sanctis tuis
nec fiat in terra carnalitatis mee pressura
gencium .i. motuū incarnatorum pre
cōfusione sonitus confessionis et maris contri-
cionis et fluctuancium afflictionū arescenti-
bus in me humanis concupiscentijs p̄ tiore
gehenne et expectacione glorie que supve-
nient universo orbi qn̄ virtutiqꝫ ſm̄ opa
dabis virtutes etiaꝫ celorum scꝫ potencie a-
nime moveant' de virtute in virtutem ut
paratus inveniar in adventu tuo amen

De adventu xpi iudicis xliij Caplm

Et tunc scꝫ post pdicta sig-
num filii hominis ... per dominum tacta apparebit
hora qua non putatur hora
em̄ iudicij ignoratur signū